



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

8. An etiam in amentiam & furorem actis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Q V Æ S T I O VIII.

An etiam in amentiam & furorem actis?

Quæstionis explicatio.

Non desunt (*a*) qui existiment, non so- *a. Alensis in*
lum non teneri pastores huiusmodi *4.q.4.mébr.*
ægris ministrare, sed nec licere, quia hoc est *4. Gab. dist.*
(secundum illos) contra reuerentiam sacra- *9.q.2.dub.4.*
mento debitam: Idcirco quæritur, an pa-
stores teneātur in casu pestis hoc sacramen-
tum ministrare huiusmodi sic affectis, an
vero excusentur?

Responsio.

Tenentur, si ante amentiam piam erga
hoc sacramentum mentem ostende-
rint, nec timeatur periculum vomitus, ex-
puitionis aut similis irreuerentia. Sic enim
in Concilio (*b*) Carthaginensi habes: *Si quis b.c. Is qui 26*
pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad ex Concilio
eum sacerdos in uitatus venit, oppressus infirmita- Carthag. 4.
te obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent can.36.
testimonium, qui eum audierunt & accipiat pœni-
tentiam. Et si continuo creditur moriturus, recon-
cilietur per manus impositionem, & infundatur o-
ri eius Eucharistia. Probatur idem ratione,
quia huiusmodi homines sunt capaces ef-
fectus huius sacramenti, saltem quantū ad
habitus gratiæ & virtutum; quod probatur
vñ antiquo ecclesiæ, quo dabatur pueris

V 3 ante

ante usum rationis Eucharistia, quod nunquam fuisset factum si effectus sacramenti capaces non fuissent. Et confirmatur, quia fieri potest, q; huiusmodi amētes peccarint mortaliter, & in amentiā inciderint tm attriti, qui per Eucharistiā ex opere operato efficerentur contriti. Neq; refert, si dicas illud beneficium sufficienter conferri per absolutionem, vel extremam Vnctionem, quia contingere potest, vt neutrū horum sacramentorum applicari possit, possit autē Eucharistia, vt adhuc hostia consecrata, & Diaconus, non autem sacerdos. Postremo probatur, quia sic ægrotantes explicite, vel saltem implicite petendo hoc sacramentum, ius ad illud acquisuerunt, ergo non debet illis denegari.

Dixi, (*si piam erga hoc sacramentum mentem ostenderint*) quia alias excusarentur pastores; sed rarus est casus in Catholicis, qui solent quotannis hoc sacramentum sumere, qui idcirco in hoc casu semper præsumuntur saltem implicite petere.

Dixi 2. (*Nec timetur periculum vomitus, expunctionis, vel similis alicuius irreuerentiae*) quia excusabitur pastor ab administratione propter reuerentiam sacramenti.

2. Cor. II.

Dices: Apostolus (*a*) in recepturo hoc sacramentum requirit probationem; probet (inquit)

(inquit) *seipsum homo*. Non possunt autem
mentes se probare,

R. Nos præsupponere probationē præ-
cessisse amentiam, neq; per contrariam vo-
luntatem interruptam fuisse.

Dices 2. (4) Caietanus ad recipiendum
effectum huius sacramenti requirit actua-
lem deuotionem, quam non habent nec
possunt habere amentes.

R. Eum loqui contra coēm Theologo-
rum sententiam & veritatem, quæ clare &
certo cōfirmatur vſū ecclesiæ antiquæ, quo
(vt statim diximus) pueris necdum vſum
rationis habentibus, statim à baptisme
infundebatur Eucharistia.

Q V Æ S T I O I X.

An etiam pueris, & qua ætate?

Quæstionis explicatio.

Diximus superiori capite qua ætate te-
neantur pastores pueris peste infectis
ministrare sacramentum Pœnitentiæ; mo-
do non erit inutile inquirere, qua ætate ii-
dem teneantur illis ministrare sacramentū
Eucharistiæ, si enim ſepe ut prætextu mi-
noris ætatis, quę tamen plusq; ſufficiens eſt,
pueri hoc auguſtissimo ſacramento eiusq;
gratia fruſtrentur, non ſine graui ſalutis ſpi-
ritualis damno & periculo.

V 4

Reffonſio,

a In 3. p. D.
Thom. q. 72.
num. 1.